28

27

Dum

VIR *MAGNIFICUS, NOBILISSIMUS* atq; *AMPLISSIMUS*,

DN. ANDREAS BAUMGARTEN/

Inclytæ Reipubl. Thorunienſis Proconſul, Judiciiq; Terreſtr. Nobilit.

Culmenſis Aſſeſſor Graviſſimus, Meritiſſimus,

Denuo **BURGGRAVIUS** renunciaretur,

Obſervantiam ſuam,

erga Patronum ſuum, Parentis inſtar maximopere colendum, declarare voluit, debuit,

ANTONIUS Baumgarten/

A. O R. *M* DC. XXCIII. d. 31. Mart.

ERgo novos iterum mea concipe Patria plauſus,
Et qvem foviſti NATUM, ceu provida MATER,
Jam PATRIÆ PATREM, ceu FILIA lecta, ſalutes.
Si cui namq; Patrum conſtant diuturna tuorum
Nomina, venturos inter manſura nepotes,
Et longævus honos, tùm tali dignus honore eſt
BAUMGARTEN/ Patriæ cariſſima Portio noſtræ.
Vivit adhuc, completq; vagis ſermonibus aures
Tanti Fama VIRI, qvam nec ventura ſilebunt
Luſtra, nec ignotâ rapiet ſub nube vetuſtas.
Illa fides, ſemperq; tenax conſtantia recti,
Alcidæ vigor, impavidus Lernæa domare
Monſtra, gerendarum princeps prudentia rerum,
Enthea mens, tantoq; oneri par optima Virtus,
Qvid niſi promeritum tanti PROCONSULIS amplâ
Teſtantur cum laude decus, nomenq; celebrant?
Ergo novos iterum mea Patria concipe plauſus,
BURGGRAVIUMq; Tuum regalia jura tenentem,
Hoc unà mecum voto comitare calenti:
I Decus, i noſtrum, melioribus utere fatis,
Perge Tuam, Patriæq; tuis extendere famam
Nobilibus factis; Factis, qvæ nulla vetuſtas,
Nec ferri vis ulla, nec ulla injuria fati
Evertat, non ſi toto molimine livor,
Et conjuratæ concurrant undiq; lingvæ.
Duret honor, dulces qvos abs Te Patria fructus
Promittit, ſeræ tranſcribas poſteritati,
Et natis natorum, & qvi naſcentur ab illis.
Humanis donec vicibus ſubmotus, Olympo
Conſideas, famæq; Tuæ ſit terminus ævum.

THORUNII *Typis excudit* CHRISTIANUS BEKK, *Gymn. Typogr.*

Exultat mens, tantoq; oneri par [illegible] Virtus,
Quid niſi Promeritum tanti PROCONSULIS ampla
Tollantur cum laude decus, nomenq; celebrant;
Ergo novos iterum mea Patria concipe plauſus,
BURGGRAVIUMq; Tuum regalia jura tenentem,
Hoc una mecum voto comitare calenti:
I Decus, i noſtrum, melioribus utere fatis,
Perge Tuam, Patriamq; tuis extendere famam
Nobilibus factis: Factis, quæ nulla vetuſtas,
Nec ferri vis ulla, nec ulla injuria fati
Evertat, non ſi toto molimine livor,
Et conjuratæ concurrant undiq; linguæ.
Duret honor, dulces quos abs Te Patria fructus
Promittit, ſeræ tranſcribat poſteritati,
Et natis natorum, & qvi naſcentur ab illis.
Humanis donec vicibus ſubmotus, Olympo
Conſideas, famamq; Tuæ ſit terminus ævum.

THORUNII Typis excudit CHRISTIANUS BEKK, Gymn. Typogr.

inw 113016
K. fol. 3 adl. 27